Receptos enim eos, non captos judicare debemus: & militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. S. 5. Kal. Januar. AA. CONSS.

Si redempta redemptori nubat.

13. Iidem AA. & CC. Quartinæ.

SI is [1], qui te ab hostibus ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio [2] conjunxit: dignitate [3] nuptiarum, & voto futuræ justæ sobolis, vinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos rationis est. S. 5. Id. Martii, CC. CONSS.

An filia reversa succedat matri.

14. Iidem AA. & CC. Severæ.

JUs postliminii filiam (rebus humanis exempta matre, dum in servitutis ipsa necessitate per captivitatis casum fuit) eventus purgato vigore, ad ejus legitimam [4] invitat hereditatem; nec tibi medii temporis fortuna, quominus res maternas succession quæsitas persequi possis, injuriam fieri patimur. S. 16. Kal. April. CC. CONSS.

De redemptis ab hostibus.

15. Iidem AA. & CC. Macrotraulo [5].

IS, qui liber constitutus captus ab hostibus commercio [6] redimitur, etiam [7] antequam restituatur, pro eo data pecunia, successionis [8] jura sibi vindicare favore ingenuitatis potest: ut ex ea possit pretium pro se datum exolvere.

De natis ex redempta.

16. Iidem AA. & CC. Basilidæ.

COmmercio [9] redemptæ [10] fœminæ filios, licet ex servo medio susceptos tempore, origini ingenuitatis matris, juxta ea quæ benigne placuerunt, reddi convenit. S. 5. Kal. Septembr. *Viminacii*, AA. CONSS.

An redemptus debeat pretium emptori.

17. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

LIber [11] captus ab hostibus, & commercio redemptus, tunc demum, cum [12] pretium solverit, vel ei hoc, qualicunque remittatur judicio [13], statum pristinum recipit: quo genere matre [14] filium redimente, cum hujusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit: ita ut [a] civilium obsequio munerum propter casum præteritum [filius] non excusetur. Pro [15] pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere ac de pretio quicquam tractare non convenit: dotem tamen ab eo debitam jure concesso reddi postulas. S. 3. Kal. Novembr.* *Devellio*, CC. CONSS.

De actionibus quæ competunt reversis.

18. Iidem AA. & CC. Trypliniano.

AB hostibus captis ac postliminio reversis, pro hujusmodi casu amissa [16], quæ in eadem causa quidem durant, omnimodo directa: quæ vero per usucapionem, vel liberationem ex bonis subtracta, vel non utendo finita esse videntur, intra annum utilem experientibus actione rescissoria [17] restituuntur. PP. 12. Kal. Decembr. CC. CONSS.

Quibus competit jus postliminii.

19. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS AAA. ad Severinum Ducem.

SI [18] quos forte necessitas captivitatis abduxit: sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare [se] debere: recepturos [19] jure postliminii ea, quæ in agris, vel mancipiis, [seu aliis rebus] ante tenuerunt, etsi a fisco nostro possideantur. Nec timeat quisquam alicujus contradictionis morem: cum hoc solum requirendum sit, utrum [forsitan] aliquis cum barbaris voluntate [20] fuerit, an coactus. Dat. 5. Kalend. Jul. *Romæ* [21], GRATIAN. A. V. & DAGALAIFO CONSS. 366.

De redemptis ab hostibus.

20. Impp. HONORIUS, & THEODOSIUS AA. Theodoro P. P.

DIversarum [22] homines provinciarum cujuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captivitatis necessitate transvexerat, invitos [23] nemo retineat: sed ad propria [24] redire cupientibus libera sit facultas (quibus si quicquam in [25] usum vestium vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio:) exceptis his quos barbaris vendentibus emptos [26] esse docebitur: a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem: decet redemptos, aut [27] datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennii [28], vicem referre beneficii, habituros incolumem (si in ea nati sunt) libertatem. Reddantur igitur ordinibus [29] propriis sub moderatione quam jussimus: quibus jure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servanda sunt. Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, conductor procuratorque dari [30] se metallis cum pœna deportationis non ambigat: sin vero possessionis dominus, rem suam [a] fisco noverit vindicandam, seque deportandum, & ut facilis executio perveniat, Christianos [31] proximorum locorum volumus hujusmodi rei solicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis, sciant legis nostræ auxilium deferendum: ita ut noverint rectores universi decem libras auri a se, & tantundem a suis apparitoribus exigendum, si præceptum [nostrum] neglexerint. Dat. 3. Id. Decembr. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOS. III. AA. CONSS. 409.

TIT. LII.
DE INFANTIBUS [32] EXPOSITIS [33] LIBERIS ET SERVIS, ET DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS [34] NUTRIENDOS ACCEPERUNT.

Partus ancillæ domino ignoranti expositus, repeti potest, ad expensas tamen restituendas tenetur, nisi sint factæ a fure. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Claudio.

SI invito [35] vel ignorante te partus ancillæ, vel adscriptitiæ [36] tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio ejus, (si non a fure [37] vindicaveris) ita fiet, ut si qua in [38] alendo eo vel forte ad discendum artificium [39] juste consumpta fuerint, restituas [40]. PP. 3. Kal. Jun. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Exponens sobolem propriam quam nutrire tenetur, venit puniendus: nec dominus recuperat servum quem exposuit. Salic.

2. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. ad Probum P. P.

UNusquisque sobolem [41] suam nutriat. Quod si exponendam putaverit [42], animadversioni quæ constituta est, subjacebit. Sed nec [43] dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, si ab [ipsis] expositos [44] quodammodo ad [45] mortem voluntas [46] misericordiæ amica collegerit: nec enim suum [47] [quis] dicere poterit, quem pereuntem contempsit [48]. Dat. 4. Non. Mart. GRATIAN. A. III. & EQUITIO CONSS. 374.

Expositi cujuscunque conditionis per exponentem non possunt vindicari, nec per colligentes possunt ut servi vel libertini retineri: sed ingenui intelliguntur. Salic.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

SAncimus nemini licere, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus; expositus sit: eum puerum in suum dominium [49] vindicare, sive nomine dominii, sive adscriptitiæ, sive colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos [50] sustulerunt, licentium concedimus penitus cum quadam distinctione [ita] eos tollere, & educationem eorum procurare, sive masculi sint, sive fœminæ, ut eos vel loco servorum, aut loco libertorum, vel colonorum, aut adscriptiorum habeant: sed nullo discrimine habito, hi qui ab hujusmodi

1 Qui ab hostibus captam redemit: & cum ea tanquam uxore, congressus est, cum videatur, eo quod ipsam insuper uxorem assumpsit, pretium ei ac velut pignoris vinculum remisisse, efficit proculdubio, ut & ipsa pristinis restituatur natalibus & ex ea suscepti liberi legitimi sint atque ingenui. 1. Harm. 13. §. 31. & 4. tit. 5. §. *uit.*

2 Redemptor nuptiis cum redempta contractis, tacite eam liberat nexu pignoris.

3 Id sit præsumptione quadam. Sic Græci, ὡς περὶ ὧν ἔδωκαν αὐτῇ συγχωρῶντες τὸ τίμημα. adde l. 2. *in fin. supr. h. t.* adde 34. *Ecl.* 1. c. 18. & *Schol. ibid.* 4 Reversus ab hostibus, matri succedit. v. *l. 9. supr. & l.* 15. *infr. h. t.* 5 Mucatraulo, Cujac. *ad l.* 4. *infr. de jure fisci.* 6 Vide *l.* 10. *in fin. supr. h. t.* 7 Ratio dubitandi.

8 Redempti succedunt. vide *l.* 9. *supr. h. t.* 9 *l.* 10. *in fin. l.* 11. *l.* 12. *l.* 15. 3. *h. t.*

10 Matre redempta, natus in captivitate fit liber, *ut hic*, & ex *Nov. Leon.* 36. etiamsi non revertatur. 11 Redemptus ab hostibus non fit servus redimentis, sed pignoris tantum jure ei tenetur. 1. Harm. 18. §. 33. 12 Vide *l.* 2. *supr. & l.* 12. §. 7. §. 14. *ff. h. t.* 13 *Indicio*, Cujacius *Novell.* 22. divi de hac lectione *ad l.* 21. *supr. familiæ ercisc.*

14 A matre redemptus, nullum matri debet redemptionis pretium. 15 Donatio quandoque præjudicatur ratione proximitatis & adnitatis. vide Alciat. 1. *præsumpt.* 32. adde quæ dixi ad *l.* 11. *supr. de negotiis.* 16 Absentes captivi reverti res amissas recuperant directo: usurpatas actione rescissoria, *ut hic.* 17 Rescissoria actio datur absentibus reipublicæ causa. *l.* 24. *in fin. supr. de rei vind.* 1. 1. §. 1. *ff. ex quibus caus. major. l.* 52. §. 1. *ff. de leg.* 1. 18 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 19 *l.* 5. *ff. h. t.* 20 Et ita fuerit transfuga nullum jus postliminii competit. *l.* 19. §. 4. *l.* 20. *ff. h. t.*

21 Remis, *d. l.* 1. *C. Theod. h. t.* 22 *l.* 2. *C. Th. h. t.* 23 *l.* 11. *supr. de episc. and.* 24 Id est, ad suas & proprias ædes. *infr. h. t.* 25 Quod ab hostibus revertenti in usum vestium aut alimentorum datur, non repetitur. 26 Expensas factas circa hominem a Barbaris redemptum repetimus. 27 Quousque redempti redemptori obligentur. 28 Redempti ab hostibus redemptori pretium reddere debent, aut quinquennium servire, *ut hic.* 34. *Ecl.* 2. c. 18. Harm. 1. *tit. ult.* §. 27. Idem tamen §. 33. triennii meminit tantum, non quinquennii. 29 Sedibus, *d. l.* 2. *C. Theod. h. t.* 30 *Dari metallis*, est ad metallum damnari. 31 Vide *l.* 11. *supr. de episc. aud.*

32 Expositi plerique magna regna, vel imperia condidere. Hujusmodi fine fuit Moses 2. *Exod.* 3. talis Cyrus *Justin.* 1. talis Romulus *Livius* 1. Ille Judæorum: alter Persarum: postremus Romanorum imperii auctor. Talis etiam Semiramis Assyriaci imperii fundatrix: & si veri historici, a columbis nutrita. Diodor. 2. ut Romulus a lupa, Livius 1. Cyrus a cane, *Justin.* 1. 33 *L.* 5. *C. Theod.* 7. & 4. *ff. de lib. exposit. l.* 1. §. 2. *ff. de jurisd & facti. περὶ τῶν ἐκτιθεμένων καὶ γενομένων.* 33. *Eclog.* 2. Expositus dicitur etiam ἀπροίατος 1. Harm. *ult.* §. 30. quasi neglectus, adde *Novell.* 153. *περὶ τῶν χαμευνῶν βρεφῶν.* & 5. *extrav.* 11. dicuntur & Ὑφέται. Plinius ad Trajanum: *Magna quæstio est de conditione & alimentis eorum, quos Σπυρατὰς* vocant. adde quæ scripsi ad Festum in voce *Larentalia* & voce *Nutricius.* 34 Sanguinolentos, vel *nutriendos &c. C. Theod. h. t.* sanguinolentos, id est, recens natos. *l.* 1. *in fin. C. Th. h. t.* de quibus dixi ad *l.* 1. *supr. de patriæ. qui filios distraxerunt.* Goth. A quibus expositi infantes ali & fuscipi debent, vide Centur. for. nostr. *lib.* 1. *c.* 10. n. 7. De exponentium pœna vide Menoch. *de arbitr. jud. quæst. cas.* 396. Cujac. *lib.* 16. *obs.* 36. Id. Clar. §. *fin. quæst.* 82. *n.* 7. S. L. 35 Quid si te volente? dominium amittis. *l.* 1. *l.* 2. *h. t.* 36 Partum adscriptitiæ expositum dominus vindicare potest. 37 Fur expensas non deducit. 38 *l.* 16. *supr. de nupt. l.* 4. §. 9. *ff. de dol. mali & met. ob* quas alimenta, corpus educati retineri potest. Hæc contritio est bene deponi. vide Fuchner. 2. *select.* 34. 39 Eruditionis, artificii, atque disciplinarum expensæ condemnatur. 40 Quid si dominus aliunde solvere non potest? non restituet: melius erit per fectorem carere sua pecunia, quam dominum suo servo. Nihil etiam hic ed., quod tollat possessor, quia eruditio avelli non potest: est enim habitus διανοητικῆς. *l.* 27. *in fin. ff. de rei vind.* Duo sunt tamen casus quibus impensæ deductio est, etiamsi aliunde dominus solvere non possit: unus, si institutum dominus mox venturus fit, & ipse peritii laudis propter eruditionem. *l.* 29. *l.* 38. *in fin. ff. de rei vind.* alter, si fructus dominio eruditus fit. *l.* 30. *ff. d. tit.* Quid, si fructus pueri petuntur? compesci autem hujusmodi expensis: Operarum autem æstimatio incipit esse *quinto* anno. *l.* 32. *ff. furti vind. l.* ult. *ff. de oper. serv. l.* 37. *ff. de oper. libert.* adde Chijac. 9. *obs.* 38. 41 Extranea confectudo non probat. 42 Pater, *ut hic*, dominus, patronus, *vers. sed nec dominus* vel *patronus. infr. h. t.* liberos, fervos, libertos exponentes, pus potestatis animum: adde *Novell.* 153. *c.* 1. *& c. un. extr. h. t.* 43 *l.* 2. *C. Theod. h. t.* 44 Tales funt Latini ex Claudii conflitutione. vide *l.* 2. *ff. qui fine manum.* civis Romani, ex conflitutione Justini. *l. ult. supr. de bon. lib. vid. l. un.* §. 3. *supr. de Lat. libert. toll.* adde *l.* 4. §. 2. *ff. de spect. lib.* 45 Expositi ad mortem quodammodo expositi. *l.* 3. *vers. neque enim.* 3. *h. t.* quod Græcis κυτ' ἐξοχὴν. 46 Voluntas amica misericordiæ. 47 Suum nemo dicere potest, quem pereuntem contemnit. 48 *Si modo testes episcopalis* (an legendum non *episcopales*) *subscripto fuerit subscripta, de qua nulla penitus ad sequentium fidem cautela. d. l.* 2. *C. Th. h. t.* id eft, ut Ammianus interpretatur: fi confectationi ejus lectione ejus, epifcopus & clerici fubfcripferint, ut merito poffimus dicere, *d. l.* 1. telligi, Valentis Concilii c. 9. ut fecundum ftatuta piiffimorum Auguftorum quicquis expoftum colligit, Ecclefiam conftetur. 49 Expofitus, exponentis fervus, adfcriptitius, colonus, *ut hic.* aut libertus non eft, *h. t. ibi* loco liberti. 50 Expofitum qui nutrit, fervum, colonum, aut libertum non facit.

homi-

hominibus educati sint, liberi [1], & ingenui appareant, & [2] sibi acquirant, & in posteritatem suam, vel in extraneos heredes [3] omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant, nulla macula [4] servitutis, vel adscriptitiæ, aut colonariæ conditionis imbuti, nec quasi patronatus jura in rebus eorum his, qui eos susceperint, prætendere concedimus: sed in omnem terram quæ [5] Romanæ ditioni suppofita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio infantes abjecerunt, & mortis [6] forte spem circa eos habuerunt, incertos constitutos, si qui eos susceperint, hos iterum ad se revocare conari, & fervili [7] necessitati subjugare. Neque hi, qui eos pietatis ratione suadente sustulerint [8], ferendi sunt denuo suam mutantes [9] sententiam & in servitutem eos retrahentes, licet ab initio [10] hujusmodi cogitationem habentes ad hoc profiluerint: ne videantur quasi mercimonio [11] contracto ita pietatis officium gerere. Hæc observantibus, tam viris clarissimis præfidibus provinciarum, quam viris religiosissimis Epifcopis [12], necnon officiis præfidalibus, & patribus, & defensoribus civitatum, & omni civili auxilio. Dat. 15. Kal. Octobr. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

In AUTHENT. conftit. quæ ex adfcript. §. 1. col. 5. tit. 9. al. 8. Novell. 54. cap. 1.

ANtiqua lex erat, quæ dicebat ex persona libera, & altera adscriptitia natos, adscriptitiam sequi conditionem: quod per Justinianum ad jus commune liberi ventris redactum est.

4. [13] Imp. JUSTINIANUS. *

SAncimus [14] ut quoscunque, vel in ecclesiis, vel in vicis, vel aliis locis abjectos constiterit, ii modis omnibus liberi sint: etiamsi certam quandam probationem petitor habeat, qua ostendat ejusmodi personam ad suum pertinere dominium. Nam si legibus nostris [15] statutum est, ut servi ægrotantes a dominis neglecti, & qui velut desperata eorum valetudine possessorum curatione digni non censentur, omnino in libertatem abripiantur: quonam pacto in ipsis vitæ primordiis aliorum hominum pietati relictos, & ab eis educatos, in servitutem iniquam pertrahi patiamur? Enimvero liberos esse sancimus, ne illis quidem, qui hæc faciunt, irrogandas ex legibus nostris pœnas effugientibus; velut omni refertis inhumanitate, & crudelitate, quæ tanto quovis homicidio pejor est, quanto miserioribus eam inferunt.

TIT. LIII.
QUÆ [16] SIT LONGA [17] CONSUETUDO [18].

Consuetudo loci probata debet servari, & ratio consuetudinis debet attendi. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Apro.

PRæses [19] provinciæ probatis his [20], quæ in oppido [21] frequenter [22] in [23] eodem controversiarum genere servata sunt, causa cognita statuet. Nam & consuetudo præcedens & ratio [24], quæ consuetudinem suasit, custodienda [25] est. Et ne quid contra [26] longam consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam revocabit Præses [27] provinciæ. PP. 6. Kalend. April. JULIANO II. & CRISPO CONSS. 225.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Proculum [28].

COnsuetudinis [29] ususque longævi non vilis auctoritas [30] est: verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem [31] vincat, aut legem [32]. Dat. 7. Kal. Maji, CONSTANTINO. PP. A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

Consuetudo legem imitatur, & pro lege servatur. Salic.

3. Imp. LEO, & ANTHEMIUS AA. Alexandro.

LEges quoque ipsas antiquitus probata [33] & fervata tenaciter [34] consuetudo imitatur [35], & retinet [36]: & quod officiis, Curiis, Civitatibus, Principiis [37], vel Collegiis præstitutum fuisse cognoscitur, perpetuæ legis vicem obtinere ftatuimus. Dat. 7. Id. Sept. MARTIANO, & ZENONE CONSS. 469.

TIT. LIV.
DE DONATIONIBUS [38].

De traditione instrumentorum.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Lucio.

EMptionum mancipiorum instrumentis [39] donatis, & traditis, & ipforum mancipiorum donationem [40], & traditionem factam intelligis: & ideo potes adversus donatorem in rem actionem exercere. PP. 5. Kal. Jul. FAUSTINO, & RUFINO CONSS. 211.

De actionibus.

2. Imp. GORDIANUS A. Leonidæ.

SI nominis [41] perfecutionem in te emancipatam pater tuus titulo donationis transtulit [42], frustra prætendit, qui debitori tuo heres extitit, confensum [43] fuisse debitoris necessarium: cum satis fuerit actiones eo [44] nomine tibi mandatas fuisse. PP. 2. Id. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De spe futuræ actionis.

3. Imp. DECIUS A. Marcellino.

SPem [45] futuræ actionis plena intercedente donatoris voluntate posse transferri non immerito placuit. PP. Non. Mart. DECIO A. I. & GRATO CONSS. 251.

De functionibus, exactionibus vel tributis.

4. Imp. PROBUS A. Marsiæ.

SI functiones [46], [exactiones, vel tributa] per eum, cui donata res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine celebratæ sunt, tibi obesse non potest. PP. 5. Kal. Jan. MESSALA, & GRATO CONSS. 280.

De ultima voluntate.

5. Impp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Flacconillæ.

SI donatio per epistolam [47] facta non apparet: verba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum continere non ambigitur. PP. 6. Kal. Febr. *Romæ*, CARINO II. & NUMERIANO CONSS. 284.

De absentibus.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Christianæ.

NEc ambigi oportet, donationes etiam inter [48] absentes (& maxime si ex voluntate donantium possessiones, hi, quibus donatum est, nanciscantur) validas esse. PP. 3. Id. Febr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De censuali professione.

7. Iidem AA. & CC. Julio.

CEnsualis [49] quidem professio [50] domino præjudicare non solet [51]. Sed si in censum, velut sua mancipia deferenti propriæ tuo consensisti [52], donationem in eum contulisse videris. PP. Id. Jul. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

8. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præses provinciæ non [53] donandi voluntate filiorum tuorum nomine prædia in [54] censum detulisse te manifestis probationibus cognoverit, quod fides veri fuggesserit, id statuet. PP. 8. Id. Sept. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De lege donationis.

9. Iidem AA. & CC. Augustianæ.

LEgem [55], quam rebus tuis donando dixisti, sive stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu, five non: incerto [56] judicio, id est, præscriptis [57] verbis, apud Præsidem provinciæ debes agere, ut hanc impleri provideat. PP. 16. Kal. Maji, AA. CONSS.

1 Expositi liberi & ingenui. 2 Fructus libertatis. 3 Vide *l.* 8. *l.* 11. *supr. eorum. de successionibus.* 4 Macula contrariæ libertati. 5 Extra territorium statuta non obligant. *l. ult. ff. de jurisdict. l.* 1. *supr. ff. a non competente.* 6 Dixi ad *l.* 2. *supr. eod.* 7 Necessitas servandi. 8 Piam sententiam mutare non licet. 9 Id est, aluerint. Alimentorum causa veritati non officit. *l.* 10. *ff. de his qui sui vel al. jur.* 10 Tamesi in quibusdam negotiis imitum spectetur & voluntas gerentis. 11 Gratuita mercedem non admittunt. 12 Vide *l.* 24. *supr. de episcopali audientia.* & 2. Harm. 13. §. 26. 13 Sumpta *ex* 33. *Ecleg.* 2. *cap.* 1. Harm. *ult. in fin.* 14 Leunclavii interpretatio. 15 *l. unic.* §. 3. *supr. de Latina libertate.*

* 16 De longa consuetudine & quam vim habeat, adde *L.* 5. *Cod. Theod. ultim. & L.* 1. D. 3. & 9. *Inst. de jur. nat.* Ulp. 1. §. 4. 1. Harm. 1. c. περὶ ἐτῶν. adde 2. *Eclog.* 1. *cap.* περὶ νόμων καὶ ἐλαφρᾶς συνηθείας. adde *l. ult. supr. de emancip.* de vi confuetudinis plura dixi 2. *fenderum* 1. 17 *l.* 35. *ff. de legibus.* Ulp. 1. §. 4. veteres, *L. Imperatores.* 18. §. 1. *in fin. ff. de pollicitat.* antiquæ, vetuftiffimæ, *l. 9. infr. de jure fisci. l. ult. infr. de privilegiis fiscalarum. lib.* 12. *tit.* 30. inveterata, *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* diuturna, *l.* 32. *ibid.* anfas longævus, *l.* 2. *infr. h. t.* πολυετὴς Harm. *d. loco.* μακρὰ συνήθεια. *Eclog. d. loco.* 18 Confuetu fo quid eft? Jus moribus conftitutum, judicio populi receptum, ac fine ullo fcripto probatum rebus ipfis & facto feu tacito confenfu. *l.* 32. *ff. de legibus:* Id quod fine lege veteris comprobavit. Cic. *de invention.* 19 *Eclog. d. loco.* c. 43. Harm. *d. loco.* 20 Finge hoc proponi, in judicio communi omnium ufu hoc fervari, ut ad unius libræ exactionem duo fatis fint teftes, ut ne jureiurando fe adftringat præfides & præfules, ut ne jurati fint teftes, nec loco dominii fit fervendi fi ferendi teftimonii caufa pertrahantur: cujusmodi exempla proponit Scholiaftes apud Harm. 1. *tit.* §. 43. & 44. adde aliud exemplum ex *Novell.* 123. *cap.* 3. *vers. pro consuetud. & l. si non fpecial.* 9. *fupr. de teftamentis.* 21 In quo agitur fcilicet: alius extranea confuetudo non probat. 22 Non omnis ufus, fed frequens confuetudinem facit. 23 Argumentari a confuetudine non licet in cafu extraneo. vide Everardum *Topicis loco a fcitis.* 567. 24 Confuetudo non eft fine ratione: adeo ut ab errore duda confuetudo, nec in fimilibus obtineat. *l.* 39. *ff. de legib.* Ideoque a Terfullano *lib. de corona*, confuetudo rationis interpres dicitur. 25 Confuetudo fervanda. vide *l.* 3. *infr. h. t.* 26 Adverfus confuetudinem non eft judicandum. 27 Præfes confuetudinis cuftos. 28 *Procuf. Afr.* 29 *c. conftitutionis.* 4. *diftinct. 11. Synopf. Bafil. l. tit.* 1. *cap.* 45. 30 Auctoritas confuetudinis, non vilis. *l.* 36. *ff. de legibus.* Gothofred. Vide Forcatulam *Necyomant. dialog.* 1. & Vitalem *lib.* 2. *var. lect. c.* 28. Nod. 31 Conftitutio rationem non vincit aut legem. *Eel. d.* Harm. *d. l.* 32 *Eclog.* Harm. *d. loco. l.* 33. *ff. de legib.* Imo ufus ac mores Romanas leges fuperant: 2. *Fender.* 1. *verf. legum. l.* 32. §. 1. *ff. de legibus.* Solve, fpecialis confuetudo generalem legem tollere non poteft, *ut hic.* fpecialem poteft. *d. l.* 32. *l.* 13. *ff. communia prad.* generalis generalem poteft. *d. l.* 32. 33 Confuetudo maxime dicenda eft, quæ antiquitus probata & fervata tenaciter. 34 Præfentim aliquo contradictorio. *l.* 34. *ff. de legib.* & eodem cafu. *l.* 37. *ff. de legibus*, per annos plurimos. *l.* 37. *ff. de legib.* 35 Confuetudo legem imitatur, pro lege obfervatur. *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.* pro lege & jure cuftoditur. *l.* 33. *ff. de leg.* pro lege fufcipitur, cum deficit lex. Tertull. *lib. de Corona.* vim legis, *l.* 38. *ff. de legib.* vim perpetuæ legis obtinet. *infr. cod.* τάξιν νόμου. *Eclog. d. loco. aviti apud Philadelphi.* Harm. *d. loco.* 36 Confuetudo legem retinet, id eft, impedit quominus deficiatur, *ut hic*, eiusdem interpres optima. *l.* 37. *ff. de legib.* Ἀξίωσις Syn. Basil. *d. l.* Principia *hic & l.* 12. *in fin. ff. de re milit. l.* 1. *infr. de veteranis. lib.* 12. *tit.* 47. loca ubi principes milites ftabant: hinc *principalis porta*, que in eo erat loco, in quo principes ordines tendebant. Feftus *in principalis.*

38 Dixi ad *L.* 39. *D.* 5. περὶ τῶν ἐν ξένῃ διατάξεων, & *c.* 47. *Eclog.* 1. & 4. *Basil.* 39 Tradito inftrumento rei donatæ, res traditio intelligitur. Perficitur donatio non tantum vera traditione, fed & fictitia aut potius fymbolica, vide Hot. 12. *Illuft. l.* ad *l.* 49. *ff. folut. l.* 22. §. 5. *ff. de legat.* 1. 40 Donatio traditione facta &c. 41 Nomen donari poteft. 42 Transferre, idem quod mandare. An idem quod cedere? Bart. negat in *l. fupr. de obligat.* Nam ut ille putat, per mandatum non transfertur utilis actio, fed per ceffionem tantum. 43 Citra confenfum debitoris nomen cedi poteft. 44 Actio poteft mandari. 45 *Spes* futuræ actionis poteft donari, *ut hic*, fpes, ut conditionalis ftipulatio. *l.* 7. *l.* 11. *ff. de hered. vend. l.* 54. *ff. de verb. fign.* §. 2. *in fin. Inft. de verb. oblig.* vide quæ fcripfi ad Accurf. *in l.* 25. *ff. de adm. ind.* adde Tiraquellum *tract. de retract. lignag.* §. 24. *Gloff.* 3. 46 Nulla folutio functionum, nec folventem, *ut hic*, nec cum, cujus nomine cenfus folvitur, rei dominum facit. vide *l.* 2. §. 8. *infr. h. t.* adde *l.* 2. *fupr. pro focio. l.* 8. §. 8. *de act. empt.* 47 Conffcflio teftamenta facta inter vivos donationis tranfit in fideicommiffum, quoties de inftrumento inter vivos non apparet, *ut hic. ff. l.* 16. §. *fin.* 48 Abfenti fida donatio valet. *l.* 4. *l.* 10. *ff. h. t.* an ante ratihabitionem: vide Clar. 4. *fent.* §. *donatio.* qu. 12. 13. & Roland. a Valle 1. *conful.* 19. *n.* 3. 49 Id eft, rei in cenfum delata fc. de qua dixi ad *l.* 6. *fupr. de fide inftrumentorum.* 50 De cujus forma vide *l.* 4. *ff. de cenfib.* 51 Facta fc. ab extraneo: nam a vero domino facta profeffio nocet. *l.* 10. *ff. de probat.* 52 Profeffio cenfualis facta a non domino, non nocet domino, nifi dominus conftentiat, eo enim cafu donare videtur. 53 Simulato confenfu non perficitur donatio. vide *l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 10. *fupr. de contr. empt.* 54 Dixi ad *l.* 4. *fupr. h. t.* Adde *l.* 8. *fupr. de act. empt. l.* 64. *ff. de adj. ver. l.* 4. §. *de confenfu.* 55 Lex donationis fervanda. 56 Incerti, *Hal.* adde *l.* 22. *in fin. J. h. t.* 57 Vide *l.* 2. *fupr. de paft. inter empt.*

De ignorante vel invito.

10. Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

NEc [1] ignorans, nec invitus [2] quisquam donat. Unde si de hoc fundo non cogitasti, cujus velut [3] donationi te consensisse continetur instrumento: majores [4] veritate [5] rei, quam scriptura, vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti, nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. S. 5. Kal. Maji, CC. CONSS.

Si pater filio donaverit.

11. Iidem AA. & CC. Sabino.

CUm de bonis tuis partem [6] quidem penes te retinuisse, partem vero in eum, quem in potestate [7] habes, donationis titulo contulisse commemores: non est incerti juris in eum qui in sacris familiæ tuæ remanet, destinatione [8] magis paternæ voluntatis factam, quam perfectam donationem pervenisse. † Delegationes [9] autem nominum in emancipatum [10] collatæ, perfectam donationem actionum efficiunt. S. 2. Kal. Maji, AA. CONSS.

De rebus communibus.

12. Iidem AA. & CC. Aureliano.

POrtionem propriam, rebus nondum [11] divisis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. Dat. 17. Kal. Jun. AA. CONSS.

De brevi epistola.

13. Iidem AA. & CC. Vraniæ.

SI aliquid per epistolam [12] donatum tibi probetur, brevitas [13] chartulæ, donationi (si hæc recte facta probetur) nihil quicquam derogat. Dat. 15. Kal. Jun. *Sirmii*, AA. CONSS.

Si filiusfamilias sponsæ donet.

14. Iidem AA. & CC. Ideo.

SI filius tuus res ad te [14] pertinentes sponsæ suæ te non consentiente donavit: ad eam, quod non habuit, transferre non potuit. S. 13. Kal. Octobr. AA. CONSS.

De ære alieno.

15. Iidem AA. & CC. Severæ.

ÆRis [15] alieni [16], quod ex hereditaria causa venit, non [17] ejus [18], qui donationis titulo possidet, sed totius juris successoris onus est. Si itaque nemini obligata [19] prædia per donationem consequuta es, supervacuum geris solicitudinem, ne vel heredes donatricis, vel ejus creditores te jure possint convenire. S. 15. Kalend. Decembr. AA. CONSS.

De Senectute.

16. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SEnectus [20] ad donationem faciendam sola, non est impedimento. Dat. 5. Kal. Decembr. AA. CONSS.

Si pater filio donaverit.

17. Iidem AA. & CC. Hermiæ.

SIve emancipatis [21] filiis res donasti, sive in potestate constitutis, & sui juris effectis, ac tenentibus non ademisti: blandiri [tibi] non debes, veluti res donatas ex pœnitentia [22] liceat auferre.

† Sane, si ea quæ in tua positis potestate donaveras, post emancipationem contra tuam tenuerint voluntatem: horum penes te dominium [23] remansit: si quidem nec tempore, quo voluisti, propter vinculum potestatis sibi quicquam quærere, nec post te invito de rebus tuis potuerunt. S. 6. Kal. Jan. AA. CONSS.

De furti actione remissa.

18. Iidem AA. & CC. Audiano.

SI donationis causa furti [24] actionem tibi remissam probetur: supervacuam geris solicitudinem. S. 5. Kalend. Januar. AA. CONSS.

Quæ res donari possunt.

19. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI avia vestra proprias res quacunque ratione factas titulo libertatis in eum, contra quem preces funditis, contulit: quominus hæc rata maneant, quod ex [25] origine patris, vel avi vestri descendunt, nihil prodest. S. 16. Kalend. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De subscriptione.

20. Iidem AA. & CC. Helinio.

VIce [26] donatricis alio voluntate ejus subscribente, jure facta donatio non habetur irrita. S. 7. Kalend. Febr. CC. CONSS.

De dote.

21. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

CONstante matrimonio dotem [27] penes maritum suum constitutam, avia tua tibi donare non potuit. S. 5. Idus Mart. CC. CONSS.

De lege donationis.

22. Iidem AA. & CC. Diomedi.

CUm res filio [tuo] emancipato ea [28] conditione, *Ut creditoribus tuis solveret*, te donasse proponas: si stipulatione, vel in continenti [29] habito pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem [30] non [31] contra eum ex placito veitro, sed adversus te competit actio. Eum autem, cui certa lege prædia donasti, incerta [32] civili actione ad placitorum obsequia urgeri secundum legem donationibus dictam convenit. S. 7. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

De rebus redditis donatori.

23. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

SI ea, quæ donaveras, posteriori placito, qui acceperat, dono tibi reddidit [33]: donationis antecedentis instrumentum actis sequentibus [34] nihil obesse potest. Subscriptum 5. Kal. Octob. CC. CONSS.

De filio donatoris.

24. Iidem AA. & CC. Macario.

SI patri tuo heres [35] non extitisti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse jura tua lædi, manifestissimi juris est. PP. Non. Febr. *Antiochiæ*, DIOCLETIANO IX. & MAXIMIANO VIII. AA. CONSS. 304.

Ratio conficiendæ donationis.

25. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. P. [36].

DOnatio [37] sive directa [38] sit, sive mortis [39] causa instituta, sive [40] conditione faciendi, aut non faciendi suspensa, sive ex aliquo notato [41] tempore promissa, sive animo dantium, accipientiumve sententiis (quantum jus sinit [42]) cognominata [43], sub hac fieri debet observatione, ut quas leges [44] indulgent actiones [45], conditiones, pactionesque contineat. Hisque penitus cognitis [46], vel recipiantur, si complacitæ sunt: vel rejiciantur, si sunt molestæ [47]: In conscribendis [48] autem donationibus [49], *nomen* [50] *donatoris, jus, ac vim* notari oportet: neque id occulte [51], aut privatim [52], sed aut [53] tabula, aut quodcunque [54] aliud materiæ [genus] tempus dabit, ut sub ipso, vel ab eo, quem fors ministravit [55], perscribatur: actis [56] etiam annectendis, quæ apud judicem, vel magistratus conficienda sunt, ubi hoc leges expostulant. Dat. 3. Non. Februar. *Romæ*, SEVERO, & RUFINO CONSS. 323.

1 Ignorans non donat. 47. *Eclog.* 1. *c.* 25. & 3. Harm. 1. 2 Invitus non donat. *d. c.* 45. *d.* l. 1. *l.* 29. *ff. b. t.* dixi ad *l.* 82. *ff. de reg. jur.* 3 *l.* 18. *supr. de probat. l.* 14. *supr. de contrab. & commit. Pignol.* 4 Veritas instrumenti narrationi præfertur. *l.* 10. *supr. de contrab. empt.* 5 *l.* 1. *supr. plus valere.* Inscit *l.* 7. *supr. b. t.* 6 Pars horum donari potest. 7 Donatio facta filio in potestate posito, donandi potius est destinatio, quam perfecta donatio. 8 Destinatio donationis aliud est, & aliud donatio. 9 Rerum incorporalium, vel nominum sine obligationum donatio perficitur cessis actionibus. 10 Pater filio emancipato recte donat. 11 Pars pro indivisо seu indivisi donari potest. Socius pro indivisо portionem suam donare potest. 47. *Eclog.* 1. *c.* 46. non tamen a lite contestata. dixi *l.* 1. §. *comm. divid.* *l.* 3. §. *de comm. ter. alienat.* adde *l.* 16. *supr. de jure dot.* 12 Epistola donare possumus, ut *hic*, & *l.* 1. *supr. b. t.* fideicommittere, *l.* 22. §. *de fideicomm.* at non hereditatem conferre, *arg. l.* 10. *ff. de jure codic.* dare tuturem, *l.* 2. §. *de confir. fut.* ferre fententiam. *l.* 2. *supr. comination. epist.* nemo quoque ex epistola ad muneris editionem compellitur. *l.* 5. *ff. de publicis.* 13 Brevitas fidem chirographo non minuit. 14 Alienum citra domini consensum donari non potest. *l.* 9. *in fin. ff. b. t.* vide *l.* 20. *ff. de adquir. rer. l.* 54. §. *ff. de reg. jur.* 15 Res alienum, obligatio personalis. 16 Donatarium res defuncti non sequitur, sed heredem, id est, personalis actio non sequitur singularem successorem, sed realis, *ut hic*, & *l.* 22. *l.* 24. *l. ult. l.* 1. §. 16. *ff. ad SC. Trebell. l. ult. supr. de hereditatis actione.* Quid si donatarius omnium bonorum fit? ne is quidem creditoribus satisfacere cogitur. Cynus *in l.* 2. *ad l. Jul. de vi pubi.* si quota aut (ut loquuntur) sub nomine quantitatis ad aliquem defertur partium conventione *l.* 24. non ex dispositione juris, *d. l.* 2. aut hereditatis nomine. *l. hereditatem.* 28. *ff. de donat. v. l. mutier.* 72. *ff. de jure dot.* aut referipti principis. *l. princeps.* 21. *ff. de verb. signif. & ibid.* Bart. Quid si omnia bona fisco deferuntur? habetur filius loco heredis. *Instit. & ibid.* Bart. *in l. non intelligetur* 3. §. *cum ex causa.* 4. *ff. de jure fisci.* *l.* 1. *supr. de heredit. vel act. vend.* Quid si debitor solvendo non est? donatarius omnium bonorum convenit potest. *l. plane.* 94. §. 1. *ff. de leg.* 1. & notatur *in d. leg.* 1. Salicet. *in d. l.* 2. Quotus fit testamento omnia bona delata fint? vide *l. cogi.* 16. *ff. ad SC. Trebell. l. statuliberum.* 11. *in fin. ff. de legat.* 2. Bartol. *in d. l. princeps.* 21. Salic. *in d. l.* 2. Ratio dubitandi fumi potest ex *l.* 149. *ff. de reg. jur.* 17 Cur ita? vide *l. ultim. in fin. ff. de contr. empt.* 18 Id eft, non ejus qui titulo fingulari fuccedit: hic enim opponitur ex hereditaria causa fuccessori. 19 Pignus obligatio realis. 20 Senex donare potest, *ut hic*, & teftamentum facere. *l.* 3. *supr. qui teftam. fac.* & tranfigere. *arg. l.* 27. §. *de transact.* id eft, Sola ac per fe fenectus donationem, teftamentum, aut transactionem non vitiat. 21 Quod emancipationis tempore filio pater non admiti, ei donare intelligitur. *l.* 31. §. 2. *ff. b. t.* 22 Pœnitere femper non licet, *ut hic.* 23 Suo quod patet donari, non alienat, etiamfi id velit maxime. 24 Furti actio remitti potest. *l.* 13. *supr. de furt. l.* 7. §. 14. *l.* 16. *ff. de pactis. l.* 16. §. 1. *ff. de furtis.* dixi ad *leges* 12. *tabularum lib.* 2. *tit.* 24. §. 5. 25 Res a patre non acceptas etiam donare possumus, *ut hic.* dubitandi ratio fumi potest ex *l.* 14. *supr. de contrab. empt.* adde *l.* 3. §. *de comm. rer. alienat.* 26 Vide *l.* 31. *verf. verum. l.* 6. *l.* 17. 23. *supr. de jure dot.* 47. *Eclog.* 1. *cap.* 55. 28 Lex donationis implenda. *l.* 9. *supr. b. t.* 3. *in fin. supr. de contrab. empt.* 29 Pactum in continenti habitum. *l.* 7. §. 1. *ff. de pact.* 30 Donavi prædia Titio, ea lege, ut creditoribus meis fatisfaceret? creditor potest anverfus me agere, nec adverfus donatarium experiri cogitur. 31 Vide quæ fcripfi ad *l.* 15. §. *b. t.* 32 Ad implendam legem donationis adverfus donatarium iterii scriptis verbis actione utimur. *d. l.* 9. *in fin. supr. & l.* 28. *in fin. ff. b. t.* 33 Res a me donata mihi restituit. 34 Posteriora prioribus acta derogant, fcil. *l.* 12. *supr. de pactis.* 35 Pater res filii non fuccedentis inutiliter donat, *ut hic*, & *l.* 14. *de rei vend. licit l.* 15. *supr. b. t.* 36 Præfectum urbi. *l.* 1. *C. Theod. b. t.* vide Cuiac. 20. *observ.* 4. 37 Dicta *l.* 1. hujus etiam conftitutionis pars continetur in lege 21. §. *de admin. tut.* 38 Directa donatio, inter vivos: cui hic opponitur mortis causa. 39 Hodie mortis causa donatio confectionem & infinuationem exigit. *l. ult. l. de donat. causa mort.* 40 Donationes conditione vel tempore fuspendantur. 41 Post certo tempore ad certum, vel incertum tempus. *l.* 2. §. 3. *f. de donat. quæ fub mod. l. ult. §. de legatis.* 42 Quibusdam cum cafibus permiffa imaginaria venditio eft, aliis cafibus fi in fraudem legis Cinciæ, vel legis, puta repetundarum, facta fuerit. *l.* 8. *in fin. ff. ad l. Jul. repetund.* 43 Venditio imaginaria eft, cui nomen venditionis, conditionis & fi militum adfcribitur. *l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 10. *supr. de contrab. empt. l.* 36. *ff. locati. l.* 66. *in fin. ff. de jure dotium.* Paul. 2. *fent.* 23. §. 4. 44 Donationis lex fervanda *l.* 9. *l.* 22. §. *b. t.* modo contra bonos mores non fit, *ut hic.* 45 Πεῖξις *Theod.* actus legitimus, *Conftantin.* puta cefſionem in jure, mancipationem, traditionem folennem: potest enim perfici donatio legis actionis, ut ceffione in jure. *l.* 1. *C. Hermog. b. t.* emancipatione. *l.* 4. *C. Theod. b. t.* vel utroque. *l.* 7. *b. t.* Inter parentes & liberos perficitur nuda voluntate. *d. l.* 4. hodie inter omnes perficitur quidem nuda voluntate: confenſum vero & perficitur traditione. 46 Donationis lege lutelaria, donationem eft, donationem recipere vel rejicere: fit igitur donatio non μεονομεῖσθαι, *ut hic*: id etiam inficiat lex 26. *l.* 9. *l.* 15. §. *de facrof. l.* 21. §. *de admin. tut.* 47 Molefte ita ut monumenta fenfores, fi donationis conditionem neglexerint, rei amiſſe periculum praeſtent. *l.* 2. *C. Th. b. t.* quæ verba *in leg.* 21. §. *de admin. tut.* funt translata. 48 Hodie non paſſim in omnibus donatis minibus requiritur ſcriptura. *l.* 31. §. *b. t.* 49 Quænam donationum inſtrumento inſeri oporteat, obſerva. 50 Poſſimus inde colligere donationem eſſe ferri non poſſe in ignotum. vid. tamen *l.* 29. §. *b. t.* 51 Occulte non in perpetuo, aut privatim &c. *l.* 1. *C. Theod. b. t.* 52 Clandeſtina donatio vetita. 53 Idem in teſtamento. vid. *l.* 11. *l.* 15. *in fin.* §. *de teſtam.* §. 12. *Inſtit. de teſtam. ordin.* 54 Materia quevis capax eſt donationis continendæ: hoc eſt, in quivis materia donatio, nis inſtrumentum ſcribi poteſt, *ut hic.* ita brevitas chartulæ non obſtat donationi. *l.* 13. §. *b. t.* eadem ratione in quavis materia teſtamentum ſcribi poteſt, ut manifeſtiſſimi juris eſt. 55 Miniſtraverit, *ſcientibus pluribus profitebatur* & *corporaliter traditio ſubſequatur ad excludendam vim aeque irrogationem advocata vocantis, cum-busque arbitris adhibitis, quorum poſt ea fide probabitur, donatam rem, ſi eſt mobilis: & voluntate traditam donatoris: vel ſi immobilis, abſceſſu donantis novo domino patefactam: ſalvo jure* C*fre. d. l.* 11. *C. Th.* que verba, a juſtiniano hic ſublata. id ſignificent, vicinos ac reſtes fuiſſe advocandos: quod Zeno mutat, *l.* 31. §. *b. t.* infinitatione publica, vel inſtrumento donationis contentus. 56 *L.* 27. *in fin. l.* 35. §. 3. §. *b. t.* videtur remiſſa inſinuatio a

De infante.

26. Idem A. Catulino Proconſuli Africæ.

SI quis in emancipatum minorem, prius quam fari poſſit [1], aut habere rei, quæ ſibi donatur, adfectum, fundum crediderit conferendum, omne jus compleat inſtrumentis ante præmiſſis. Quod jus per eum ſervum, quem idoneum eſſe conſtiterit, tranſigi placuit: ut per eum infanti acquiratur. Dat. 12. Kal. Maji, *Serdicæ*, SABINO, & RUFINO CONSS. 316.

De inſinuatione.

27. Idem A. ad Severum Com. Hiſpaniarum.

DAta jampridem [2] lege [3] ſtatuimus, Ut donationes interveniente [4] actorum teſtificatione conficiantur: quod vel maxime inter neceſſarias conjunctasque [5] perſonas convenit cuſtodiri. Si quidem clandeſtinis [6] ac domeſticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi poteſt: vel id quod vere geſtum eſt, aboleri. Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex noſtra ab actorum confectione ſecernat: id quod neceſſario ſuper donationibus apud acta conficiendis jampridem ſtatuimus, univerſos teneat: geſta autem confici ſuper rebus [etiam] alibi [7] collatis [8], ubicunque ſufficit. Dat. 3. Non. Maji, DALMATIO, & ZENOPHILO CONSS. 333.

De uſufructu retento.

28. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio P. P.

QUisquis [9] rem aliquam donando, vel in dotem dando, [vel vendendo,] uſumfructum [10] ejus retinuerit: etiamſi ſtipulatus non fuerit, eam continuo tradidiſſe credatur, nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio: ſed omnimodo idem [11] ſit in his cauſis uſumfructum retinere, quod tradere. Dat. 2. Id. Mart. HONORIO A. XI. & CONSTANTIO C. II. CONSS. 417.

De extraneis, & ignotis. De ſcriptura, & aliis documentis.

29. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio [12] P. P.

IN extraneos [13], & ſæpe ignotos [14], donationem [15] collatam valere receptum eſt: & ſi ſine [16] ſcripto donatum quid fuerit, adhibitis aliis [17] idoneis documentis, hoc quod geritur, comprobatur. Dat. 11. Kal. Maji, FELICE, & TAURO CONSS. 430.

De inſinuatione.

30. Imp. LEO [18] Conſtantino P. P.

IN hac ſacratiſſima urbe conſcriptæ donationes ubicunque [19] poſitarum rerum, apud Magiſtrum cenſus [20] inſinuentur. † In aliis vero civitatibus, ſive abſens, ſive præſens rector [21] provinciæ ſit, ſive eadem civitas habeat Magiſtratus, ſive non habeat, & Defenſor [22] tantummodo ſit: donator habeat liberam facultatem donationes rerum ſuarum ubicunque [23] poſitarum, ſive apud moderatorem cujuslibet provinciæ, ſive apud magiſtratus, ſive apud defenſorem cujuscunque civitatis prout maluerit, publicare [24]. † Atque ut ipſa donatio ſita eſt in voluntate [25] donantis, ita ei liceat donationem ſuam apud quemcumque ex memoratis voluerit intimare: & hæ donationes, quæ in diverſis provinciis, & civitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatæ, obtineant inconcuſſam, ac perpetuam [26] firmitatem. Dat. 5. Non. Mart. *Conſtantinopoli*, PATRICIO, & RICHOMERE CONSS. 459.

De teſtibus.

31. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

IN donationibus, quæ actis infinuantur, non [27] eſſe neceſſarium judicamus vicinos, vel alios teſtes [28] adhibere. Nam ſuperfluum [29] eſt privatum teſtimonium, cum publica monumenta ſufficiant. Verum & illas donationes, quas geſtis non eſt neceſſarium alligari, ſi forte per Tabellionem, vel alium ſcribantur, & ſine [30] teſtium ſubnotatione valere præcipimus: ita tamen, ſi ipſe donator, vel alius [31] voluntatem ejus ſecundum ſolitam obſervationem ſubſcripſerit: donationibus, quæ ſine ſcriptis conficiuntur, ſuam firmitatem habentibus ſecundum conſtitutionem [32] Theodoſii, & Valentiniani ad Hierium Præfectum prætorio promulgatam. Dat. Kal. Mart. *Conſtantinop.* & ELLO V. C. CONS. 478.

De inſinuatione.

32. Imp. ANASTAS. A. Euphemio P. P.

SEcundum Divi Leonis conſtitutionem [33] donationes apud virum clariſſimum Magiſtrum cenſus tantummodo [34] inſinuari præcipimus: Hujusmodi forma in illis inſtrumentis obſervanda, quæ in hac regia urbe confecta, ſeu celebrata fuerint: nec concedi quenquam vel apud defenſores, ſeu magiſtratus aliarum civitatum, vel in aliis quibuscunque locis præter memoratum judicium inſinuare: ſcientibus, tam his, qui ad hujuſcemodi inſinuationem pervenerint, quam his, qui eam ſuſceperint, necnon tabellionibus quicunque teſtimonium ſuum non in competenti [35] (ut dictum eſt) loco [36] vel judicio præbuerint, vicenarum librarum auri multa, & alia graviſſima indignatione ſe eſſe feriendos. S. Dat. Prid. Kal. Maji, PAULO V. C. CONS. 496.

De ceſſione actionum.

33. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

ILlam ſubtilem obſervationem amputamus, per quam donationis titulo celliones [37] actionum accipientes, non aliter ſuis eas transmittere heredibus poterant, niſi litem ex his conteſtati eſſent, vel jus conteſtationis divino reſcripto [38] meruiſſent. Nam ſicut venditionis [39] titulo ceſſas actiones etiam ante litis conteſtationem ad heredes transmitti permittitur, ſimili [40] modo & donatas ad eos transferri volumus: licet nulla conteſtatio vel facta, vel petita ſit. Quod & in procuratore conſtituendo ad movendas easdem ceſſas actiones ſimiliter obſervandum erit, ut minime quis impediatur procuratorem [41] ceſſarum ſibi ſuper donatione actionum dare, licet nulla litis conteſtatio facta vel petita ſit. Quæ in his tantummodo perſonis locum habere cenſemus [42], quæ ſuſceptis per donationem ceſſionibus, adhuc ſupereſſe noſcuntur: nam jam mortuis hujuſcemodi perſonis, vetera jura ſuper hisdem ceſſionibus poſita ſervari concedimus. Dat. Kalend. Jun. *Conſtantinop.* JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

De inſinuatione. 2. De communione inducta & jure offerendi æſtimationem. 3. De numero donationum.

34. Idem A. Demoſtheni P. P.

SAncimus, omnem [43] donationem, ſive communem, ſive ante [44] nuptias factam, usque ad trecentos [45] ſolidos cumulatam, non indigere monumentis, ſed communem formam habere: ut non usque ad ducentorum ſolidorum ſummam teneat: ſed in hujusmodi obſervatione ſimiles fint tam communes [46], quam ante [47] nuptias donationes. † Si quid autem ſupra legitimam definitionem fuerit donatum: hoc quod ſuperfluum eſt [48], tantummodo non valere: reliquam vero quantitatem, quæ intra legis terminos conſtituta eſt, in ſuo robore perdurare: quaſi nullo penitus alio adjecto, ſed hoc pro non ſcripto, vel non intellecto eſſe credatur. † Exceptis [49] donationibus, tam Imperialibus, quam iis, quæ in cauſas [50] piiſſimas procedunt: quarum Imperiales quidem donationes merito indignari [51] ſub obſervatione monumentorum fieri, tam a retro Principibus, quam a nobis ſancitum eſt, ſed firmam habere propriam majeſtatem.

In AUTHENT. ut non fiant pign. §. 2. alias §. illud quoque. col. 5. tit. 7. al. 5. Novell. 52. cap. 2.

Tem a privatis in principem etiam ceſſantibus actis ſit donatio.

§. 1. Alias vero, quæ ad pietatem reſpiciunt, usque [52] ad quingentorum ſolidorum ſummam, & ſine monumentis eſſe validas cenſemus. His inſuper ante nuptias donationibus, quæ in adultas minores [53]

1 Pater filio infanti donare poteſt, adhibito ſervo, qui infantis nomine donationi conſentiat, *ut hic.* adde *l.* 28. *ff. de uſurp.* 2 Anno 323. 3 *l.* 25. *in fin.* §. *b. t.* 4 Inſinuatæ eſt in acta & teſtationem publicam judiciarum referre donationem. *l.* 35. §. 5. *l. b. t.* 5 Donatio, eſt actus voluntarius. *l.* 34. §. *b. t.* 6 Donatio facta clandeſtinis inſinuationibus donationum, vide Joſephum Ludov. *Tit. de donat. concl.* 2. § *Conjunctiſſimaque*, Hal. quales ſunt parentes & liberi. Quid ſi donatio facta in hujusmodi perſonas legitimam ſummam non excedit, an inſinuatio neceſſaria fuerit? non requiritur. *l.* 23. *ſupr. de donat. int. vir.* ut in eo Dominus inter Græcos, Placentinus inter Lat. falſus fit. Quid, inquies, neceſſe fuit ſtatui inſinuationem donationis inter conjunctiſſimas perſonas? adde intra legitimam quantitatem requiri? Arg. aut inductionē D. Pii, quæ nonnihil ſimilis remiſit ſolennitatem mancipationis & traditionis. *l.* 4. §. 7. *C. Th. b. t.* dicendum videlicet remitti quoque omnino inſinuationem, præſertim cum Paul. 2. *ſent.* ſcribat: In donatione facta inter conjunctas perſonas fufficere quibuscunque verbis expreſſam voluntatem. vid. Cuiac. 20. *obſ.* 2. Cauſa ſed hæc decidendi fuit, ne fraudibus conjunctarum perſonarum via patefieret: ſi enim fraus facile inter conjunctas perſonas. 6 Clandeſtinæ ac domeſticæ fraudis magnum eſt periculum. Inter conjunctas perſonas facile fraus præſumitur. 7 Vide *l.* 30. §. *b. t.* vide quæ dixi ad *l.* 1. *ſupr. de contrahend. empt. l.* 15. *ſupr. de reſcind. vend. l. ult. ſupr. de præſcript. longi temp.* 8 Colloratis. *l.* 9. *C. Theod. in fin.* 10 Perficitur donatio retentione uſusfructus, *ut hic*, & *l.* 35. §. 5. §. *b. t. l.* 9. *C. Theod. b. t. l.* 42. *ff. de mort. cauſ. donat.* 47. *Eclog.* 1. *cap.* 61. Retentio uſusfructus traditionem dominii perficit. Pro traditione habetur, vel citra ſtipulationem, etiamſi donator de evictione non tenetur citra ſtipulationem. *l.* 2. *ſupr. de evict.* eoque cafu donator donatario poſſidet, non ſibi. Item perfi. iter quoddam traditione precaria. *l.* 18. *l.* 28. *ff. de adquir. poſſeſſ.* conductione rei donatæ. *l.* 77. *ff. de rei vind.* fi rem a ſe donatam quis retineat tanquam in cauſa ignoris vel depoſiti, ut *l.* 1. *ſupr. b. t.* idem perficitur traditione inſtrumenti. *l.* 7. *l.* 8. *ſupr. b. t.* Sic adito hereditatis fibat re aliqua hereditaria accepta. *l.* 1. *C. Theod. de leg. hered.* Notanda ſane eſt conſuetudo Regni Daciæ ex *cap.* 2. *extr. de conſuetudine*, qua fundos donatos traditiſſe Eccleſiæ donator videtur, delata una gleba in Eccleſiam, vel altari impoſita, vel tradita in manum epiſcopi, vel alterius Eccleſiæ prælati, qui mos deſumptus videtur ex jure civili, quo una gleba in jus delata, in ea tanquam in toto fundo vindicatio fieri ſolebat. 20. *Gall.* 9. dixi ad *leges* 12. *tab. lib.* 2. *tit.* 22. §. 1. adde Cujac. 19. *obſerv.* 18. his adde quæ ſcripſi ad *l.* 3. §. 1. *ff. de adq. poſſ.* 11 Idem uſumfructum retinere quod tradere. Quid, an præſente donatario uſusfructus exceptio faciendi? procuratori dominus, aut curatori, tutori, recte: aliis non recte fieri judicatum fuiſſe refert Papo 11. *arreſt. l.* 13. §. *b. t.* eadem ratione in quavis materia teſtamentum ſcribi poteſt, ut manifeſtiſſimi juris eſt. 12 *l.* 31. *in fin.* §. 13 Vide *l.* 3. *f. de donat. cauſa mortis.* 14 Vide quæ notavi ad *l.* 15. §. 14. *ff. de excuſ. tut.* dixi etiam quædam ad *l.* 25. *ſupr. b. t. verſ. in conſcribendis, ubi nomen donatoris.* 15 Ut & legata & hereditates. dixi ad *d.* §. 14. 16 In donatione non requiritur ſcriptura. *l.* 31. *in fin.* §. *b. t. l.* 12. §. *de fide inſtr.* olim requirebatur. *l.* 35. §. *b. t.* 17 Idonea inſtrumenta vicem inſtrumenti ſolitæ ſcripturæ ſubeunt. *l.* 31. §. *b. t.* 18 *L.* 32. §. *b. t.* 19 Vide *l.* 27. *in fin.* §. *b. t.* 20 De quo vide *l.* 23. §. *de teſtam.* 21 *L. un.* §. *de oſſ. jud.* 22 Quadam enim civitates habuere curias pro ſenatu, duumviros pro conſulibus, defenſores plebis pro tribunis plebis, quadam defenſorem tantum. vide *l.* 9. §. *de defenſor. civ.* vid. *Novell.* 15. 23 *d. l.* 27. *in fin.*

24 Urbanæ donationes apud magiſtrum cenſus: provinciales, apud judices locorum inſinuandæ erant, poſtea conſtitutum, ut omnes apud magiſtrum cenſus inſinuarentur. *l.* 32. *in fin. ff. b. t.* 25 Donatio, eſt actus voluntarius. *l.* 34. §. 5. *l. b. t.* 26 Rite facta inſinuatio ubicunque vim & effectum habet. 27 Abrogatur pars legis *l. C. Th. b. t.* de qua dixi ad *l.* 25. §. *b. t. in fin. in verbo, manifeſtaverit.* 28 In donatione quæ fit apud judicis teſtes non requiruntur. In ea quæ fit extra acta, ſubſcripto donatoris requiritur: etiamſi a tabellione ſcripta fuerit. adde *Novell.* 52. *c.* 2. *Novell.* 73. *c.* 1. & breviter, Teſtes in ſcripturis publicis requiruntur, ſaltem ut per notarium deſcribantur, *cap.* 1. *extr. de fide inſtrumentorum* nifi confuetudo contraria ſit. *Innocentius ex c.* 1. *extr. de bis quæ ſiunt a præl.* nifi ſcripturæ publicæ, de quibus agitur, acta fint judiciaria, *ut hic. c. quoniam. extr. de probat.* nifi inſtrumentum fiat coram populo publice. vide Socin. *reg.* 218. 29 Vide *l.* 5. & *l.* 10. *ff. de probat.* 30 Videtur id abrogari *d. c.* 5. *l.* 29. *ſupr. b. t.* 31 *l.* 25. *ſupr. b. t.* 32 *L.* 2. §. *ead.* 33 *l.* 30. §. *b. t.* 34 Abrogatur pars legis 30. §. *b. t.* 35 Donatio apud incompetentem judicem inutilis. *l.* 27. *l.* 30. §. *b. t.* 36 Quid? temporis nulla habebitur ratio in inſinuatione? vide Paponem 11. *Arreſt. 1. Arreſt.* 24. ubi exiſtimat intra triginſimum annum donationem inſinuari poſſe: ſimile *Arreſt.* 15. negat quoque valere factam a morte donatoris. vide Joſeph. Ludovic. *tit. de donat. conſtuf. 2. limitat.* 1. 2. 3. Procurator in rem ſuam mortuus ante litem conteſtatam rei ſibi mandatæ ceſſæ ac donatæ jus ad heredes tranſmittit. 37 Vid. *Glaſſ. & ſcript. ad l.* 1. §. *de obligg. & act.* §. 1. 38 Vide *tit.* §. *quando ili. bell. principi datus.* 39 Morte ejus qui nomen emit, mandatum non finitur. vide Cuiac. 20. *obſerv.* 31. 40 Argumentum a venditione ad donationem. 41 Donatarius procuratorem conſtituere poteſt rei donatæ perſequendæ cauſa. adde *l.* 8. *ſupr. de procur.* vide Wurmſer. 1. *prælt.* 5. *obſ.* 19. 42 Vide *Novell.* 52. *cap.* 2. 43 Inſinuari debet omnis donatio. dixi ad *l.* 25. §. *de donat. inter vir.* 44 An & eam donationem inſinuari oportet, quæ inter vivos fit in aliquo teſtamento? ita judicatum fuiſſe refert Papon. 11. *Arreſt.* 1. *n.* 33. An & mutuum inter conjuges? non requirit ſcripturam? & ita judicatum idem refert *ibid. n.* 29. 45 Hodie usque ad quingentos ſolidos facta donatio fine inſinuatione valet. *l.* 36. §. 3. *infr. b. t.* 46 Donationes communes hic, quæ alibi dirgitur. *l.* 25. §. *b. t.* quæ inter vivos. 47 *d. l.* 25. 48 Utilis donatio non vitiatur propter aliam inutilem adjectam. adde *l.* 21. *in fin. ff. b. t. Novell.* 162. *c.* 1. *l.* 94. *ff. de reg. jur. l.* 1. §. *c. in fin. ff. de verb. oblig.* 49 *L.* 19. §. *de facrof. eccleſ. l. ult.* §. *fin. ſupr. de quadrienni præſcr. Novell.* 52. 50 *d. l.* 19. 51 Scripturam publicam publicatione non eſſe rem hinc colligunt. adde *c.* 1. & *ult. extr. de fide inſtr.* Quid ſi dubitetur ne pereat? aliud dicendum fuerit. *d. c. ult.* Quid? Teſtamentum a tabellione publice confectum, indigetne publicatione? Quidnam videtur, non aliis probare, quam ſi judicis autoritate publicum dictum, id eſt, publice apud acta inſinuatum fuerit. *l. publicatis.* 2. *ſupr. de teſtam.* Pone ſcripturæ publica contineri donationem, quæ 500. aureos excedat? quidnam putant egere publicatione, *arg. hanc legem.* Verum inſinuatio, de qua hac conſtitutione agitur, improprie publicatio eſt: nec enim fit, ut donatio probetur, ſed ut valeat donatio, quæ alias non valeret. vide Socin. *reg.* 311. 52 Quid ſi donatio juramento fit firmata? vide Roland. a Valle 1. *conſil.* 19. num. 48. *l. ult. ſupr. de mort. cauſa.* 53 Vide *l.* 17. *ſupr. de donat. ante nupt.*